

factam qui lau. franci. post predicta incontinenti existens in possessione dictorum bonorum ipsa locavit et abinde et citra locari fecit et possedit et postmodum subsequenter die primo mensis martij caterinam filia suam emancipatam in empiricem dictorum bonorum legitime nominavit que caterina legitime ratificavit dictam inductionem in possessionem de dicto laurentio suo nomine et vice et nomine nominandi per eum et dictam nominationem de ea factam die. xi. presentis mensis aprilis. Adodo queritur que dictarum dominarum emprionum et seu nominatarum in empirices dictorum bonorum uel quis ex supra predictis emptoribus nominantibus et nominatis sit potior et melior iura habebat in dominio et possessione dictorum bonorum.

Consultatio Predicta est dubia et formaliter tam a maioribus nostris tactam non memini prelegisse dubietas autem dicitur ex duobus. Primo presupponendo per

constanti quod procurator omni dolo et fraude caruerit quis sit in iure potentior an emptrix prima an secunda. Secundo an presumatur procurator bona fide uersatus secundum ea que proponuntur. De primo dicendum est sine dubio quod emptrix prima que prior et potentior in tempore est ergo in iure potentior est. nam procurator predictus primo uendit et dominum suum pro emptore constituit possidere que quidem uerba translationem possessionis operantur licet deficiat illud uerbum precario. C. de acqui. pos. l. ij. in glo. in uerbo tradita que hoc dicitur no. ff. de acqui. pos. l. quod in eo. e. xi. predicta specu. in ff. de emp. et uen. §. i. uer. quid ergo si in instrumento cum se. et de hoc uidetur casus in l. siue autem. §. si duobus. ff. de publicia. ubi si duo emerunt ab eodem ille prior intelligitur et potentior cui primo possessio tradita est ut patet ibi. Traditur autem possessio dupliciter. primo uere et per actus nature ut cum quis in possessionem inducitur corporalem. traditur et ficte et hoc dupliciter. et primo cum quis constituit se precario alterius nomine possidere et reuera tunc possidebat ut. l. q. in eo. ff. de acqui. pos. alias nihil operaretur constitutio precarij et idem si quis constitueret se possidere detracto precario. ff. de acqui. pos. l. q. uis. §. i. et dicta. l. ij. in glo. predicta cum ergo dictus procurator constitueret dominum et se ipsum procuratoris nomine emptoris nomine possidere sine dubio prima fronte uidetur dicendum in primum emptorem administrato iuris ciuilitis primo possessionem translatam et ex eo dominum contractum. Contrarius credo uerum in casu nostro quia licet procurator se nomine domini constitueret et dominum possidendum pro emptore anteq. dominus in animo suo destineret pro emptore se possidere uelle pro nullo possidet sed pro se. quoniam hoc in animo et in anime potentia consistit. cum autem dominus destinaueret hec destinatio retrahitur propter procuratoris actum. in proposito autem nedum quod dominus destinauerit uelle possidere pro emptrix prima imo fecit totum oppositum quod uendit et distinxit et alium in corporalem possessionem induxit per quam inductionem etiam si prima emptrix per iuris administratum possessionem quesisset fuisset omni possessione priuata et sibi omnis possessio interuersa. ff. de ui. et ui. ar. l. colonus et l. cum fundum. C. de acqui. pos. ita quod quantum ad possessionem meram attingit nulli dubium esse potest quin secunda emptrix in corporalem possessionem inducta saltem pro interuersionem possessionis facte per dictum uenditorem in possessionem uel iure possessionis esset potentior et quia domini traditio uera per actum naturalem inductionis facta est potentior traditio ne ciuili. ff. de pac. l. ius agnationis. ff. de lib. et postu. l. fi. insti. de iur. natura. §. sed naturalia. Nec ob. dicitur. §. si duobus quia ibi loquitur cum vni soli traditio facta est hic autem est facta ambobus. vni uere per dominum. alij per procuratorem non possidentem et ficte. Sed videndum quia procurator fidem habuit de precio ut patet ex themate an poterit quia si non potuit questio est sopita bart. tenet quod sic in procuratore priuati mandati habente generale ad uendendum absq. limitatione cause. ff. de re iud. l. a dno pio. §. sed si emptor cui assentio si habendo fidem de precio de re dñi nihil donat puta quod uendit iocata uel predicta arida aut alia fructus non pducuntia sui natura

aut expediebat fide haberi de precio quod aliter bona non inueniebant emptorem secus si sui natura fructus pducunt in dñstiales et naturales uel alterum ipsorum sicut est in proposito nam tunc habedo fide de precio donat. sub dco mandato non comprehendit dicta donandi potentia. ff. de pac. l. pira iur. §. si filius. et quia ergo fidem de precio habere non potuit eo quod habendo fidem donauit contractus est nullus tanq. non interclusus sub mandato uel eius forma sufficiat allegare dicta per eundem Bar. in. d. §. sed si emptor in rationibus suis licet hec dicta non tangat nec cogitauerit de eis et est dictum meum. Quid enim si procurator fecisset fidem de precio per tempus. v. vel. ix. annorum uel ad tempus prolixius quis non dixerit hanc fidem habitam uera sapere donationis speciem cum rem fructus rei percipiat uenditor autem careat precio interim. C. de actio. emptio. et uen. l. curabit. Nec autem uera sunt meo iudicio omni dolo et fraude procuratoris cessantibus. Sed an in dubio simulate gestum dicatur in fraudem atq. dolum per procuratorem ex infrascriptis insidijs loculentis atq. prospitius puto simulationem presumi atq. fraude. Primo quod per multum minori precio distinxit quam ualere tempore uenditionis per eum facte comuniter de aucto. tuto. l. pupillus. §. si. in glo. parua ubi ex modicitate precij glo. presumit dolum et fraudem sic. C. mandati. l. per diuersas C. de rescin. uendi. l. siquis. C. de bo. aucto. iudic. pos. l. si. C. de iure fil. l. iij. §. diui fratres et loquor cum administrato rem alienam gerens uendit ut est hic. Secundo presumo maliciam et fraudem quia emptor quam in continentem nominauit in empiricem matrem procuratoris unde procurator pro se ipso fingitur emisse per interpositam personam matris et hoc dupliciter uel quia matris successionem obsequio sibi parebat ut. ff. de adop. l. nec ei. §. pe. ubi est tex. optimus et sic non rem mandato imo suam sub uellato colore atq. clandestino agebat propter que magis debet presumi fraude. C. quod me. ca. l. si per impressionem in fi. qui tex. hoc probat ad litteram ff. de aucto. tu. l. pupillus. §. si. ubi est tex. optimus uel quia hoc probatur liquidis probationibus et tunc nulla dubitatio est. Consideratis igitur insidijs modicitate precij nominatione facta incontinenti aut quasi que est potissima causa presumende collusionis ut. l. si uentri. §. in bonis. ff. de priu. credi. et conventionis materne et filialis quod nulla potest feruentior esse et fidei habite de precio per quas insurgit necessario donatio dco et consulo primo dictum procuratorem non potuisse uendere eum habendo fidem de precio nisi appareat ex figura mandati eum posse uenditionem non tenere et ex ea emptori nullum ius quesitum esse ex quo hoc non habuit in mandatis sed preter aut contrafecit ut. l. diligenter. ff. manda. Secundo concludo quod licet habuerit potentiam habendi fidem de precio tamen secunda emptrix est potentior et potior tam in possessione quam in dominio eo quod sibi prius tradita est possessio per instrumentum naturale missionis in possessionem prius autem emptrix per instrumentum ciuile tantum per quod non queritur possessio nisi cum dominus in animo suo destinauerit se possidere uelle pro emptore quia uoluntas subsequens retrahitur ut iam dixi. Tertio et ultimo concludo ex hijs que proponuntur simulatum contractum et in fraudem factum presumi et ipsum procuratorem sibi emisse pro se re uera et non in fauorem alterius et id ex dicta simulata uenditione et traditioe non esse translatum dñi ut pdixi prius pbat. C. plus ualere quod agit per totum. De secundo est casus in. l. emptor de aqua plu. ar. et non est alibi. l. quod ex simulato contractu non transfertur possessio ratio est quia presumitur traditio simulata sunt contractus. Et ita dico et consulo ego Ange. et c. Adcccxxvij. die primo Adatij. cccxxxvij.

Instat Procuratorem mandatum habentem de uendendo rem domini uendentem aliter quam habeat in mandatis nullum ius in emptorem transferre sicut nullam omnino habuisset mandatum nisi reduceretur uenditio ad formas mandati l. possessores cum duabus se. ff. man. ergo dicta uenditione facta per dictum titulum procuratorem sempromij in dictum ser Jo. a dicto procuratore emente nullum ius in re uendita translatus est non magis quam sibi quilibet extraneus nullum mandatum a sempromio habens rem sempromij